



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 53. Reginæ conatus pro restauranda Religione Catholica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæcul. XVI. cemontium ad regium Palatum duabus  
A.C. 1553 leucis ab urbe dissitum secundo flumi-  
 ne devehitur.

## §. LIII.

*Reginæ conatus pro restauranda Re-  
 ligione Catholica.*

Cum Reginæ veram Religionem in suo  
 regno restaurare decrevisset, hinc  
 Cardinalem Polum tanquam Sedis Apo-  
 stolicæ Legatum accersere statuit, ut  
 ejus opera Angliæ Regnum ad summi  
 Pontificis obsequium revocaretur. Ve-  
 rum Gardinerus Viacomensis Episcopus,  
 qui Vir summa rerum experientia insi-  
 gnis celebrabatur, huic consilio adver-  
 fabatur, ratus, spuriam reformationem  
 eodem, quo fuit invecta, prorsus modo,  
 seu gradatim esse evertendam, hancque  
 in rem sufficere censembat, ut præprimis  
 Religio Catholica ad eam, quæ subHen-  
 rici VII. obitu servabatur, normam re-  
 duceretur. Hoc consilium Gardineri re-  
 bus percommode erat; verebatur enim,  
 ne Polo in Angliam redeunte ipse Re-  
 ginæ benevolentia excluderetur, unde  
 ipsius adventum præpediturus datis li-  
 teris Cæsarem rogabat, ut Reginam hor-  
 taretur, ne rem præcipiti nimis confu-  
 lio urgeret, timendum enim, ne Cat-  
 dinalis Poli præsentia piis ejusdem co-  
 natibus, quos per ipsius operam matu-

rare

rare intendit, forte obstaculum ponat, Sæcul. XVI.  
eo quod immodico studio Romanæ sedi A. C. 1553.  
addictus totum negotium evertere, at-  
que universum Regnum ex repentina  
ejus adventu facile ad tumultus conci-  
tare posset, cum aliunde Regno proscri-  
ptus fuerit. Nihilominus in irritum ce-  
cidere Gardineri fraudes, breve Po-  
lus Legati Apostolici dignitate insignis  
in Angliam venerat.

## §. LIV.

*Judicij acta contra Northumbriæ Du-  
cem, aliosque instructa.*

Interea Maria primas eo curas intende- *Thu. l. 15.*  
bat, ut, priusquam Londinum in- *n. 2.*  
grederetur, Northumbriæ Ducis caussa *Burnet p. 346. &*  
discuteretur, eapropter decima octava *365,*  
Mensis Augusti contra eum æque, ac *Sleid. l. 25.*  
contra Northantoniæ Ducem, ac Var- *p. 928.*  
vicensem Comitem quæstio haberi cæ-  
perat, ipsaque Regina Nortfolciæ  
Ducem judicij adversus hosce tres Prin-  
cipes instituti Præsidem nominabat, eo-  
quod supremus esset urbis Prætor, &  
quamvis Senatus acta in eum instructa  
nondum fuissent revocata, Regina ta-  
men eidem condonati criminis literas  
undecimo post die concesserat: Igitur  
tres hi rei coram Judicibus fistuntur, at-  
que inter ceteros primus Northumbriæ  
Dux sciscitabatur, an ille Vir, qui nil

Q q 5

nisi